



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXIV. De Clerico venatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

T I T V L V S XXIV.

DE CLERICO VENATORE

Hactenus actum fuit de delictis communibus, tam Clericorum, quam
rum, nunc agendum de peculiaribus quibusdam delictis Clericorum
tùm, cujusmodi est inprimis venatio, quæ quamvis, secundum
ta, & permiffa Laicis, si tempore competente fiat, personis tamen
asticis est prohibita.



I. Quæritur primò, cur, & sub quibus pœ-
nis venatio, five captio ferarum sit pro-
hibita Clericis? Resp. Ea est prohibita
personis Ecclesiasticis, sub pœna sus-
pensionis à Communione, ut constat
ex c. Episcopum 1. h. t. quod est desumptum ex Conci-
lio Aurelianensi, & reperitur in Concilio Agathensi
c. 55. ubi dicitur: Episcopum, Presbyterum, aut
Diaconum, canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad
venandum, habere non licet. Quod si quis eorum,
in hac voluptate, sæpius inventus fuerit, si Episco-
pus est, tribus mensibus à Communione: si Pres-
byter, duobus: si Diaconus, ab omni officio sus-
pendatur.

II. Similiter in c. Omnibus 2. h. t. interdicitur
omnibus DEI servis (id est, Clericis, qui speciali-
ter dicuntur servi DEI, quia in sortem Domini, ad
ejus obsequium specialiter sunt assumpti, c. Cum se-
cundum 16. de præbend. c. 1. dis. 21. Gl. hic P. Omni-
bus servis) venationes, & sylvarum vagationes,
cum canibus exercere, & accipitres, aut falcones
habere. Sed & novissimè in Concilio Tridentino
Sess. 24. c. 12. de reform. præcipitur, ut Clerici ab illi-
citis venationibus, & aucupijs abstineant. Ratio pro-
hibitionis est, quia venationes dedecent statum, &
professionem Clericorum, per quas etiam ab Officijs
divinis, & spiritualibus occupationibus avocantur,
populoque scandalum præberet, præsertim si fre-
quenter instituantur, Menoch. de arbitr. Judic. casu
413. n. 15, Laym. libr. 3. Theol. mor. tr. 1. c. 5. n. 15.
& alij DD. communiter.

III. Ubi notandum primò, præcipuè prohibi-
ta est venatio, si instituat, cum tumultu, seu magno
strepitu armorum, & clamore canum, & si frequen-
ter id fiat, ut colligitur ex cit. c. 1. ibi: Si quis in hac
voluptate sæpius inventus fuerit. unde quæta, & mode-
rata venatio, cum retibus, & laqueis, imò & canibus
paucis, modò raro fiat, non est prohibita Clericis,
sed licita, five causâ necessitatis, ad capiendas noxias
feras vastantes segetes, vel vineas Clericorum: vel uti-
lilitatis causâ, ut quia notabilem partem reddituum
perciipiunt ex venatione: vel sanitatis, & corporalis
exercitij, vel etiam honestæ recreationis causâ, insti-
tuatur, Gl. in cit. c. 1. P. Voluptate. Hostiens. ibid. &
Abb. n. 1. Silvest. V. Venatio. Less. libr. 2. de justit. c.
5. dub. 9. n. 40. Ratio est, quia venatio, secundum
se, est actus, seu res indifferens, quæ ratione circum-
stantiarum, scilicet personæ, finis, temporis, & modi,
potest fieri licita, vel illicita. Multò magis verò ve-
natio interdicta est Monachis, alijsque Religiosis, in
Clement. 1. §. Porro de statu Monach. quia adhuc ma-

gis illos dedecet, ita ut nec recreationis cau-
tio eis liceat, etiam si proprios redditus ex venatione
habeant, si per se venationi dente operari,
communis opinio apud Dia. in præf. cau-
natores, c. 71. in addit. lib. C. P. Recreationis

IV. Notandum secundo, pœna Episco-
pales venationes clamorosas exerce-
suspendendus sit per tres menses à Commu-
sive Officio: Presbyter verò per duos menses,
aconus ab omni officio, sed sine præfatione
temporis, idèque post aliquot dies, vel quæ-
cuerit, Episcopus poterit cum Diacono, non
autem dispensari potest cum Episcopo, Pres-
bytero, ante trimestre, vel bimestre elapsu-
l. n. 1. Subdiaconus verò frequentius venat
eâdem pœnâ afficiendus est, quâ Diaconus
pen. de servis non ordinand. Gl. in cit. c. 1. P. Ho-
stiens. ibid. Dia. c. 1. n. 2. Clerici in
minoribus Ordinibus constituti, si venationes
quenter vacent, puniuntur, arbitrio Judi-
certa pœna non sit jure statuta, Arg. c. de
offic. Jud. delegat. Hostiens. in cit. c. 1. n. 3. in
Dia. c. 1. n. 3. quod tamen restringendum est ad
los Clericos in minoribus, qui beneficia Eccl-
ca obtinent; secus quoad alios, hi enim malum
nam incurrunt, Lopez in cit. c. 71. in addit. lib. C. P.
quiritur autem ad incurrendam pœnam in
venatores statutam, ut præcedat admonitio
in cit. c. in fine. Arg. c. Indignè 21. casu 12. n. 2.
citur, quod debeat vindictam præcedere admo-
sed contrarium tenet Dia. in cit. c. 71. n. 4. &
quod monitio hæc operetur, ut si Clericus
tus, cessare nolit à venationibus, possit deponi
propter venationem, sed propter inobedientiam
Verum ab hoc rigore antiquorum Canonum
per contrariam consuetudinem multum miti-
sum, quæ non videtur posse damnari, cum
secundum se sit res indifferens, id est, nec
mala per se, adeoque per finem honestum
potest, ut omnes concedunt, si v. g. honesta
nis causâ fiat etiam à Clericis, quidquid in
um asserat Dia. c. 1. n. 5. quia non est contra
tiam, & honestatem status Clericalis absolu-
deratè exerceatur.

V. Quæritur secundo, an etiam piscatio
bita sit Clericis? Resp. Piscatio Clericis est
tum quia in illis cessant rationes, propter
venatio est prohibita; tum quia piscatio
habet Apostolorum, quos Christus piscatores
vocavit, & retia laxare iussit ad piscandum, L-
Gl. fin. in c. Euseb. 1. dis. 86. Menoch. c. 1. n. 2.
Lopez in cit. c. 71. lib. A.